

- Et puro cornu gemmea cuspis hiat.
 Ingentes oculos credas geminos hyacintos ;
 Quorum de medio lucida flamma micat.
 Equatur toto capiti radiata corona,
 140 Phœbei referens verticis altâ decus.
 Crura tegunt squamæ flavo distincta metallo :
 Asti unguis roseus pingit hondre color.
 Effigies inter Pavonis mixta figuram
 Cernitur, et pictam Phasidis inter avem.
 145 Magniceti, terris Arabum quæ gignitur ales,
 Vix æquarè potest, seu fera, seu sit avis.
 Non lamen est tarda, ut volucres, quæ corpore
 [magno
 Incensus pigros, pergrave pondus habent :
 Sed levis et velox, regali plena decore.
 150 Talis in aspectu se exhibet usque hominum. B
 Huc venit Ægyptus tanti ad miracula visus ;
 Et raram volucrum turba salutatur ovans.
 Protinus exsculpunt sacro in marmore formam ;
- A
 Et signant titulo remque diemque novo.
 155 Contrahit in cœtum sese genus omne volante
 Nec prædæ memor est ulla, nec ulla metus
 Alituum stipata choro volat illa per altum ;
 Turbaque prosequitur munere læta pio.
 Sed postquam puri pervenit ad ætheris auras ;
 160 Mox redit ista ; suis conditur ille locis.
 At fortunatæ sortis filique volucrum,
 Cui de se nasci præstitit ipse Deus !
 Fœmina sit, vel mas, seu neutrum, seu sit utrum
 [qu
 Felix, quæ Veneris fœdera nulla colit.
 165 Mors illi Venus est ; sola est in morte voluptas
 Ut possit nasci, hæc appetit ante mori.
 Ipsa sibi proles, suus est pater, et suus hæc
 Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.
 Ipsa quidem, sed non eadem, quæ est ipsa, n
 [ipsa e
 170 Æternam vitam mortis adeptâ bono.

VARIORUM NOTÆ.

- Vers. 136. *Et puro cornu*, etc. Rostrum cornu quidem esse dicit, sed ita lucidum, ut gemma esse videatur.
- Vers. 137. *Ingentes oculos credas*, etc. Sic lege ex ms. Vossiano.
- Vers. 139. *Corona Phœbei verticis*. Id est, radii Solares.
- Vers. 142. *Roseus*. Ms. Sangerm., *Rosco*.
- Vers. 144. *Phasidis avem*. Id est, Phasianam, a Phaside fluvio Golchidis nominatam, ad nos per Argonautas advectam. Martialis Epigram. lib. xiii, 72.
- Vers. 145. *Magnicem*. Quæ sit hæc avis ignoratur, vel forte pro magnitudinem.
- Vers. 151. *Huc venit*. Ita Sangerm ms. ; editi vero, *convenit*.
- Vers. 155. *Exsculpunt*. Sic ms. Sangerm. et alii ; editi vero legunt, *Insculpunt*.
- Vers. 155. *Genus omne volante*. Qua de re vide Claudianum, vers. 76, etc.
- Vers. 157. *Alituum*. Pro *aliturum* ; sic Virgil. Æneid. 8 :
- Alituum pecudumque genus sopor altus habebat.
- Vers. 158. *Munere læta pio*. Id est, pietatis et reverentiæ officio erga tantæ dignitatis avem. *Munere*, Heinsius emendat male, *murmure*.
- Vers. 160. *Mox redit ista suis ; conditur ille locus*. Sic legimus in ms. Sangerman. alioque veteri a Galæo memorato ; in editis legitur,
 Mox redit illa ; suis conditur inde locis,
 nec male.
- Vers. 161. *At fortunatæ sortis filique volucrum*. Hæc est emendatio Heinsii, referentis filium ad Parcas,
 Quæ dispensant mortalia fila sorores :
 verum ms. Sangerman. legit.
 At fortunatæ sortis, felixque volucrum.
 Gallæus putat legendum esse :
 O fortunatæ sortis, fatique volucrum ;
 editi habent
 Hæc fortunatæ sortis, fatique volucris.
- Vers. 165. *Fœmina sit, vel mas, seu neutrum, sit utrumque*. Ita emendavimus ex ms. Sangerm. et editione Heumanni. Vulgati habent :
 Fœmina vel mas hæc, vel neutrum sit mage felix.
- Vers. 169. *Quæ est ipsa*. Ita ms. Sangerm. E habent, *quia et ipsa*.

INCERTI AUCTORIS CARMEN DE PASSIONE DOMINI.

- Quisquis ades, mediique subis in limina templi,
 Siste parum, insontemque tuo pro crimine passum
 Respice me ; me conde animo, me in pectore serva.
 Ille ego, qui casus hominum miseratus acerbos.
 5. Huc veni pacis promissæ interpretis, et ampla
 Communis culpæ venia : hic clarissima ab alto
 Reddita lux terris, hic alma salutis imago ;
 Hic tibi sum requies, via recta, redemptio vera,
 Vexillumque Dei, signum et memorabile fati.
 10. Te propter vitamque tuam sum Virginis alvum
- D Ingressus, sum factus homo, atque horrentia passum
 Funera ; nec requiem terrarum in finibus usquam
 Inveni, sed ubique minas, sed ubique labores.
 Horrida prima mihi in terris mapalia Judæ
 15. Hospitia in partu, sociæque fuere parenti.
 Hic mihi fusa dedit bruta inter inertia primum
 Arida in angustis præsepibus herba cubile.
 In Phariis primos vixi regionibus annos,
 Herodis regno profugus ; reliquosque reversus
 20. Judæam, semper jejunia, semper et ipsam

riem extremam, et rerum inferiora secutus, A
 r agens monitis humana salubribus almæ
 a ad stadium probitatis, aperta salubri
 na doctrinæ injungens miracula; quare
 pia Hierusalem rabidis exercita curis
 e, sævisque odiis et cæca furore,
 i est pœnis lethalibus ausa cruentam
 ce terribili mortem mihi quærere. Quæ si
 ipse velim distinguere, sique per omnes
 e juvet gemitus, mecum et sentire dolores;
 e consilia insidiasque meique nefandum
 inis innocui pretium, et simulata clientis
 i, et insultus, et sævæ jurgia turbæ.
 ra præterea, et promptas ad crimina linguas
 ge animo, et testes, et cæci infanda Pilati
 a, ingentemque humeros et fessa prementem
 crucem atque graves horrenda ad funera gressus.
 me, nunc vero desertum, extrema secutum
 cia, et dulci procul a genitrice levatum,
 rtice ad usque pedes me lustra: en aspice crines
 ine concretos, et sanguinolenta sub ipsis
 comis, spinisque caput crudelibus haustum,
 ue diva pluens vivum super ora cruorem.
 ressos speculari oculos, et luce carentes,
 illiciasque genas, arentem suspice linguam
 venenatam, et pallentes funere vultus.
 manus clavis fixas, tractosque lacertos,
 ingens lateri vulnus: cerne inde fluorem
 ineum, fossosque pedes, artusque cruentos.
 eete genu, lignumque crucis venerabile adora

Flebilis; innocuo terramque cruore madentem
 Ore petens humili, lacrymis suffunde subortis,
 Et me nonnunquam devoto in corde, meosque
 Fer monitus. Sectare meæ vestigia vitæ;
 55. Ipsaque supplicia inspiciens, mortemque severam,
 Corporis, innumeros memorans animique dolores,
 Disce adversa pati et propriæ invigilare salutem.
 Hæc monumenta tibi, si quando in mente juvabit
 Volvere, si qua fides animo tibi ferre meorum,
 60. Debita si pietas, et gratia digna laborum
 Surget, erunt veræ stimuli virtutis, eruntque
 Hostis in insidias clypei, quibus acer in omni
 Tutus eris, victorque feres certamine palmam.
 Hæc monumenta tuos si labilis orbis amicos
 65. Avertent sensus, fugiente decoris ab umbra
 B Mundani, efficiant, ne spe captatus inani,
 Mobilis occiduis fortunæ fidere rebus
 Auseris, aut vitæ sperare fugacibus annis.
 Sed et nimirum sic ista caduca videntem
 70. Secura, et exutum patriæ melioris amore,
 Orbis opes, rerumque usus, et vota piotum
 Moribus extollent sacris, vitæque beatæ
 Spe, duras inter pœnas, te rore fovebunt
 Cœlesti, pactique boni dulcedine pascent.
 75. Purpuream donec, post ultima fata relicto
 Corpore, sublimes animam revocabit ad auras
 Gratia magna tibi. Tunc omnem exuta laborem,
 Angelicos tunc læta choros aciesque beatas
 Sanctorum inspiciens, æternæ pacis antena
 C 80. Perpetuo felix mecum regnabit in aula.

LECTIONES VARIANTES.

2. *Semper agens, etc.* Al. *Egens.*

3. *Fige.* Al. *Fing.*

2. *Suffunde.* Al. *Perfunde.*

3. *Et me nonnunquam.* Al. *Et me nunquam non.*

V. 58 et 64. *Hæc monumenta.* Al. *Hæc monumenta.*

V. 72. *Moribus extollent sacris.* Al. *Moribus expolient sacris.*

V. 77. *Gratia magna tibi.* Al. *Gratia magna Dei.*

VENANTII HONORII

CLEMENTIANI FORTUNATI,

PRESBYTERI ITALICI, AD FELICEM EPISCOPUM, DE PASCHA.

tempora florigero rutilant distincta sereno;
 Et majore poli lumine porta patet.
 Altius ignivomum solem cœli orbita ducit,
 Qui vagus Oceanas exit, et intrat aquas.
 armatus radiis elementa liquentia lustrans,
 Hac in nocte brevi tendit in orbe diem.
 splendida sincero producant æthera vultu,
 Lætitiâque suam sidera clara probant.
 terra ferax vario fundit munuscula cultu,
 Cum bene vernarit; reddit et annus opes.

D Mollia purpureum pingunt violaria campum:
 Prata virent herbis, et micat herba comis.
 Paulatim subeunt stellantia lumina florum:
 Floribus arrident gramina cuncta suis.
 15 Semine deposito, late seges exilit arvis,
 Spondens agricolæ vincere posse famem.
 Caudice deserto, lacrymat sua gaudia palmes:
 Unde merum tribuat, dat modo vitis aquam.
 Cortice de matris tenera lanugine surgens
 20 Præparat ad partum turgida gemma sinum;

ANNOTATIONES.

antii... ad felicem episcopum. In carminibus Re-
 tionis, quia aperte invenitur ejus illa essent,
 a est tota inscriptio, et ea adscripta est, quæ est
 opusculis, Venantii Honorii, etc. quæ sunt in
 theca Vaticana, ex quibus multa in libris impres-
 endantur; multa tamen relicta sunt, quia melior

visa est lectio vulgaris, quam illa codicis Vaticani. Est
 enim ille codex valde corruptus; tamen is est, qui eum
 juvare possit, qui eo cum judicio utatur. Et sane sic
 faciendum est eis, qui hanc curam emendandi veterum
 auctorum libros suscipiunt, ut sæpe ex pluribus malis
 codicibus unicum optimum efficiant. THOMASIVS.